



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum  
Libri quinque**

**Coster, Franciscus**

**Antverpiæ, 1587**

9 De cereis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

Conuenit porrò, ut is qui se aqua benedi-  
cta aspergit, intentionem suā cū Ecclesiæ pre-  
cibus coniungat, & cum reuerentia, internaq.  
deuotione hacaqua vtatur, vel dum aspergit,  
vel dum alia de causa sumit, cibisq. vel poti-  
bus miscet. Qui enim sine reuerentia vel de-  
uotione id agunt, exiguam consequuntur ex-  
co vtilitatem.

C A P V T I X.

D E C E R E I S.

**Q**VI A cereorum in Ecclesia usus anti- *Prudētius*  
quis est, & varius: ideo peculiares que- *hymno in*  
dam orationes & benedictiones adhi- *Lauren-*  
bentur, ut fideles non ex sola deuotione, sed ex *tium.*  
solennibus etiam & publicis Ecclesiæ preci- *Ext. de*  
bus, vtilitatem per eos consequantur. *celebr.*  
*Missarū.*

Primò itaque accenduntur ad Christi Do- *o. p. sanè,*  
mini nostri honorem, præcipue verò coram *&c. fina.*  
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, à quo  
nunquam lumē abesse debet: quia ipse est lux  
vera, illuminans omnem hominem venientem  
in hunc mundum. Et sicut cereus constat ce-  
ra, per castas & virgineas apes producta, lych-  
no & igne: ita Christus carne, ex purissimis  
sanguinibus Beatissimæ Virginis Mariæ ac-  
cepta, anima & diuinitate, per quam Deus no- *Heb. 12.*  
ster ignis consumens est.

Secundò, coram imaginibus, sanctorum q. *In Lumi-*  
reliquiis: vt significetur, sanctos, quos tali lu- *nar. So-*  
mine 180. *phro. cap.*

mine veneramur, 1, sanctitate vitæ & doctrina mundum hunc illuminasse: 2, Dæmonem superasse, ac de eodem triumphum egisse: (et enim triumphantium, luminaribus introduci: ) 3, eosdem nunc in cælo glorioso lumine fulgere, si ne vllis tenebris vel errorum, vel peccati.

**D. Hiero.** Tertiò, ad lectionē sacri Euangelij: 1, quia *cōtra Vi-*  
*giliantum.* illud vniuerso orbi verum lumen diuinæ notitiae præbuit: 2, vt quisquis Dei verbum audit, viua illud fide audiat. quia incredulis, & oculis per peccatum obtenebratis, verbū crucis est scādalum, quod alioquin est in salutem omni credenti.

**Rom. 1.** Quattò, In processionibus præferuntur crucibus lumina (vt ait B. Gregorius Turonensis) vt in hac militia Christiana, sub vexillo crucis, lumen fidei adhibeamus, vt ex fide, hoc est, iuxta fidei nostræ dictamen, viuamus.

**Euc. 2.** Quintò, in Baptismo, sicut superius dictū & explicatum est, cereus nobis datur, sepiusq; in vita usurpatur, potissimum verò in festo Purificationis, quo cerei Ecclesiæ precibus benedicuntur, palaq; à Christianis, in memoriam Christi veri luminis, ad reuelationē gentium, (quem Simeon vñis suscepit) gestantur: vt lumen fidei, ardorem charitatis, rectitudinem & sinceram intentionem, quam lychnus certe tectus significat, protestemur, declaremusq; nos paratos, vt sponso animæ nostræ Christo, Matt. 25 cum ardentibus lampadibus occurramus. Ita Lib. 2. ca. scribit Nicephorus, B. Virginem Mariam, accensis 21. & 22.

INSTITUTIONVM LIB. IIII. 337  
censis cereis ex hac vita migrasse, & ad tumu-  
lum deportatam esse.

Sexto, deferuntur funera Christianorū, cum  
multis luminaribus ad sepulturā, (vt est apud  
D. Gregorium Nazianzenum) quibus signi-  
ficamus: 1, eos, tanquam invictos milites, de  
aduersarii triumphare: 2, nos illis optare per-  
peruam lucem, & gloriam sempiternam.

Quæ sit igitur utilitas cereorum in Eccle-  
sia, facile cū ex prædictis est intelligere, tum Chry. Ho.  
ex orationibus, quibus Ecclesia in eorundem 70. ad  
benedictionibus vtitur. Oratenim Deū, 1, Vt pop. An-  
cerei valeant ad sanitatem animarum & cor-  
porum, terra mariq. 2, Vt de locis, vbi accensi  
fuerint, Dæmon, & quicquid Dæmonis ars  
est machinata, depellatur. 3, Vt mētes & corda  
nostra inuisibili igne, & splendore sancti Spi-  
ritus illustrentur, omniūq. peccatorū & vitio-  
rum cæcitate careant, vt cernere possimus, quæ  
Deo sunt placita, & vti'ia saluti. 4, Vt ignis  
charitatis cum lumine fidei, in animis nostris  
accendatur, qui nos ad lumen indeficiens in  
vitam æternam dederat.

Qui igitur in honorē Christi aut Sancto.  
rum cereos accendent, aut deuotè gestant, fa-  
cto ipso precantur, sibi hæc omnia à Christo,  
qui est Deus verus, & splendor lucis æternæ,  
concedi, intercessione glorioſisq. & clarissimis  
meritis Sanctorū: Defunctis autem quorum  
exequiis cereos adhibent, lucem beatam pe-  
tunt & splendidissimum gloriam, in regno cæ-  
lorum.

Y      C A P V T